

## Esercizi di traduzione

1. Aeneas deinde interrogatus «qui mortales essent, unde profecti quidve quaerentes in agrum Laurentum exiisse?» respondit «multitudinem Troianos esse, ducem Aeneam, filium Anchisae et Veneris, domo profugos novam sedem quaerere».

.....

.....

.....

.....

2. Hercules in ea loca, Geryone monstro interempto, boves mira specie egisse narratur ac prope Tiberim fluvium, quem prae se armentum agens nando transierat, fessus via in herba recubuisse.

.....

.....

.....

.....

3. Eo tempore Numa Pompilius Curibus habitabat, vir prudentissimus iuris divini atque humani, ut in illa aetate quisquam esse poterat.

.....

.....

.....

.....

4. Ut vero iam fragor tectorum quae diruebantur in ultimis urbis partibus audiebatur pulvisque velut nube omnia impleverat, Albani tecta in quibus natus quisque educatusque erat relinquentes exierunt.

.....  
.....  
.....  
.....

5. Igitur Latini, cum quibus Tullo regnante foedus ictum erat, sustulerant animos.

.....  
.....  
.....  
.....

6. Ad Ianiculum forte ventum erat. Ibi ei in carpento sedenti cum uxore aquila repente delapsa pilleum aufert, superque carpentum volitans rursus, velut divinitus missa, capiti apte reponit; inde sublimis abit.

.....  
.....  
.....  
.....

7. Postremo, ut iam agendae rei tempus visum est, cinctus agmine armatorum in forum irrupit.

.....  
.....  
.....  
.....

8. Qui, silentio facto, primum se purgavit quod id temporis venisset :

.....  
.....  
.....  
.....

9. Inde Sex.Tarquinius consiliis publicis interesse coepit.

.....  
.....  
.....  
.....

10. Cum pavida ex somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem videret, tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum.

.....  
.....  
.....  
.....